

sis hoc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. + Amen dicitur Rom.  
eo vobis, quia non præterib[us] generatio haec, donec omnia fiat. 13.d.  
Cælum & terra transibunt, verba autem mea non tran- 1.Thes.5.a  
fibunt. Apoc.8.d

Itaq; in ipso orbis terrarū interitu, iubetur fideles nō  
solū timentes, sed etiā capita in altū leuare, vnde illi auxi-  
liū veniat. Ad quod confyderandū assumit ab arboribus  
exemplū, quæ sunt iudices propè futuræ æstatis: ita hæc  
præmissa signa, tā creaturarū irrationaliū, quām rationa-  
liū, quia incipientibus proximus est credēdus Christi se-  
cundus aduentus, vt sicut flores & fructus arborum ad-  
ueniente æstate parent, ita mundi ruina his malis super-  
uenientibus. Cætera Matth.24.

+ Attendite aut̄ vobis ne fortè grauetur corda vestra in cra- t35.dist.  
pula et ebrietate, et curis huius vite, & superueniat in vos cap.1.  
repetina dies illa. Tanquā laqueus. n. superueniet in omnes + Sup.18.a  
qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque + omni Colos.1.a  
tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia que 1.Theff.  
futura sunt, & stare ante filium hominis. Erat aut̄ diebus do- 5.d.  
cens in templo, noctibus vero exiens, morabatur in monte qui Act.12.a.  
vocatur Oliueti: & omnis populus manicabat ad eum in Eccl.18.c  
templo audire eum.

Post prædictā Ierosolymorū subuersionem, & seculi  
consummationē, iubet his verbis, & carnalibus nos deli-  
tijs, & nimia nos seculariū rerū cura non distrahi, quod  
repetina nec opinantibus nobis dies iudicij superuentu-  
ra sit, tanquā laqueus non apparēs & improvisus. Idecir-  
co vigilijs & orationibus instare nos iubet, vt imminen-  
tia vitius pericula cōductorum.

## CAPUT VIGESIMVM SECUNDVM.

Iudas ductu Satanae cum Iudeis de Iesu cæde sollicitis  
pacificatur super illius traditione. Christus autem facta  
cœna in horto, à Iuda Iudeis traditur, ad Caiphām du-

ctus à discipulis derelictus, à Petro negatur, & fa-  
cie velatus illuditur, & colaphis cæditur,  
à principibus interrogatus, mor-  
te damnatur.

## CAP. XXIV. EVANGELIUM

† Matth.      † Propinquabat autem dies festus Azymorum,  
 26.a.      qui dicitur Pascha. Et quærebant † principes  
 Mar. 14.a.      sacerdotum & scribæ, quomodo eum interfice-  
 † Sup.      rent: timebant vero plebem. † Intravit autem  
 19.g.      Satanus in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum  
 & 20.c.      de duodecim: & abiit, & locutus est cum principibus sacer-  
 † Matth.      dotum & magistris, quemadmodum illum traderet  
 26.g.      eis. Et gauis sunt, † & patiti sunt pecuniam illi dare. Et spo-  
 Mar. 12.b.      lio pôdit. Et quærebat opportunitatem ut traderet illum sine  
 Ioan. 13.a.      turbis.  
 † Zach.      Diem festum Azymorum intelligit dié festū Paschæ,  
 11.c.      quo summi sacerdotes victimas præparare, parietes tèpli  
 7 Matth.      levigare, pavimenta veire, vas a mûdere solebat, & tunc  
 25.d.      inuenit consiliū, quomodo dominū Paschæ valeant in-  
 Mar. 14.b.      terficere: quod in die festo nolebant, quia timebant ple-  
                 bē, qua tñ non obstante occiderunt. Ad quos accessit Iu-  
                 das diaboli instîtu, unus de duodecim, numero non  
                 merito, corpore nō animo, à principibus nō inuitatus,  
                 nulla necessitate coactus, sed sola inuidia ductus Satanæ  
                 cum illis de precio, & de traditione magistri pactus. Cæ-  
                 tera Matthæi 26.

† Matth.      † Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi  
 26.b.      Pascha. Et misit Petru & Ioannem, dicens: Euntes parate  
 Mar. 14.b.      nobis Pascha, ut manducemus. At illi dixerūt: Vbi vis pa-  
                 remus? Et dixit ad eos: Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem,  
                 occurret vobis homo quidam amphoram aqua portans: sequi-  
                 mini eum in domum in quam intrat: & dicetis patris fami-  
                 liæ domus: Dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium vbi Pa-  
                 scha cum discipulis meis manducet? Et ipse ostendet vobis cæ-  
                 naculum magnum stratum, & ibi parate. Euntes autem in-  
                 tererunt sicut dixit illis, & parauerunt Pascha.

Dies Azymorum dies Iouis erat, videlicet decima  
 quarta luna, in qua ad vesperam iubebantur Iudei agnū  
 Paschalem occidere. Et est quod ait Lucas. Necesse erat  
 occidi Pascha, & nocte illa manducare, & à vespera fer-  
 mento abstinere. Vnde vocatur dies Azymorum, quod  
 illa die à vespera Azyma tantum comedenter. Itaque Pe-  
 trum & Ioannem præmittit, qui Pascha sibi pararent, id  
 est,

est, omnia necessaria ad agnum Paschalem edendum, indicato illis hospite & hospitio. Nec propriè domū, nec hospitem illis indicauit, sed scilicet quendam, ut ait Eu-thymius, ne Iudas cognita domo, recurreret ad Iudeos, & cena infecta Christum illis traduceret.

<sup>†</sup> Ei cùm facta esset hora, discubuit, & duodecim cum eo. † Matth. Et ait illis: Desyderauit hoc Pascha māducare vobis. bismcum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. 1. COR. 11. 26.

Desyderauit hoc Pascha legale manducando cum illis consummare, vt dato postea illis in cibum & potum corpore & sanguine suo, omnibus demum ceremonijs legalibus finem imponeret: vt pote quæ ad hoc institutæ erant, ythoc nouum corporis & sanguinis mei Pascha figuraret. Nec amplius ex hoc comedam, donec perficiatur in regno patris mei, quod mihi daturus est post resurrectionem, ut Matth. vltimo. † Matth. Data est mihi potestas in celo & in terra: & tunc perfectius & purius immolabitur hoc Pascha, quam vetus.

<sup>‡</sup> Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: † hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicē postquam cenauit, dicens: Hic est calix noui testamenti in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

Quemadmodum in veteri lege in vera sacramenti Eucharistia figura non solum agnum edebant, sed etiam successivè potum sumebant, ita in hac cena Christus post esum agni accepit calicem, quem post gratiarum actionē Apostolis dedit diuidendū, id est, cōtinuò & successivè potaudū. In quibus cibis finē legalibus figuris imposuit, quo ad agni esum, & vini potum, vt nulli postea licuerit agnum Paschalem, nec illū potū postea sumere, ideo dixit: Nō bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Seruus est iuxta Bedam: Deinceps non delectabor in sacrificijs synagogar̄, donec credat in patrem meum & in me, & in Ecclesia fideliter immolet sacrificium carnis meæ, & sanguinis mei. Quod cùm

<sup>†</sup> De celebra. misla. ca. Cum Martha. <sup>†</sup> De reli. & vener. sancto. in Clemens. cap. 1.

fecerit, tunc bibam, hoc est delectabor vobiscum in re-nouatione sua per fidem Ecclesie. Vel sic: Non vlt̄rā carnalibus ceremonijs delectabor, in quibus carnis agnus locum tenet. Aderit enim tempus me resurgentē, cum ego sublimatus in gloriam vitæ immortalis vobiscum fungar de salute huius populi fonte gratiæ spiritualis regenerati. Idcirco hæc prima pociū sumptio figurativa fuit, veluti Iesus agnus. Deinde accepit panem, gratias egit, fregit, & dedit. Hic tamē, vt Lucas scribit, videtur affuisse cū reliquis Iudas, quando corpus & sa- guinem suum dedit dominus. Matthæus non negat, neque tñ differit. Et problema de hoc est inter doctores.

**† De offi.** Veruntamen ecce manus traditiæ me mecum est in men-  
ordi. cap. sa. Et quidem filius hominis, secundum quod definitum est,  
Si sacer- radit. Veruntamen vñ homini illi per quem tradetur.  
dos. Et ipsi coeperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc  
Psal. 40.b facturus esset?

**Mat. 26. b** Non designat traditorem ex nomine, ne impudenter  
**Mar. 14. c** fiat, sed qualis crimen impingit in omnes, vt saltē con-  
**loan. 13. c** sciens pœnitentiam agat, & qui æquè cum cæteris tanto-  
rum effectus particeps mysteriorum, melior ac mente  
sanior efficeretur. Ex quibus verbis ad eo auxili discipu-  
li inter se quærere coeperunt, quis talis esset futurus, &  
imprimis Iudas, ne suspectus ab alijs haberetur, se excu-  
fare tentat, quāvis agnosceret dominum hoc non igno-  
rare per signum panis intincti, qui alijs erat à pane co-  
secreto omnibus distributo. Vnde videns Christus in-  
curabilem Iudam, dixit illi: Quod facis, fac citius, &  
quod cogitatione concipis, opere perficito. quod nec  
alij intellexerunt, ille vero intellexit, & abiit.

**Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur**

**† Matth.** esse maior. Dicit autem eis: **† Reges gentium dominantur**  
**20. d.** eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocan-  
tur.

**Mar. 10. f.** Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat, sicut  
minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis ma-  
ior est, qui recumbit, an qui ministrat? nōne qui recumbit?

**† Matth.** Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat:  
**20. d.** Vos autem etsi qui permanistis mecum in temptationibus  
**Mar. 10. f.** meis. Et ego dispono vobis sicut dispositus mihi pater meus

regnum

regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatim super thronos, iudicantes duodecim tribus Iſraēl.

Iam quā si certiores facti de morte magistri, contēdunt de principatu inter eos post mortem eius. Nec usque ad dō certum est, an hēc contentio eadē sit cum illa, de qua Matth. 20. ante sacramenti institutionem. Eadem tamen est utrobique responsio. Ut enim eos abstraheret à carnalis regni ambitione, quod affectasse videbantur Iacobus & Ioannes, ostendit illos maioris regni manere p̄mūlū, pro toleratis cum eo affectionibus, dicens: Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: nō quōd in regno Dei mensa vlla corporalis, aut cibis ac potis sit, sed metaphorica est locutio, qua per temporalia aeterna, per carnalia necesse est adumbrare spiritualia. Sensus ergo est: Quemadmodum pater fruendas ad libitum mihi dedit regni celestis dilitias, ita & ego volo, ut eadem mecum gloria & beatitudine perficiamini. & sedeatim super thronos, iudicantes duodecim tribus Iſraēl, non modō comparatiuē, sed ut vocant authoritatū, quod innuitur in verbo sedeatim: quia condemnabunt duodecim tribus Iſraēl tanquam accusatores, ut quæ Mefſiā ſibi p̄cipue miffo credere noluerūt.

Ait autem dominus Simoni: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, ut cribaret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirmas fratres tuos. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre: ¶ non cantabit hodie gallus, donec ter abnegas nosſe me.

Gracum verbum ἐκτυει, plus significat quam expertere, scilicet ad preciam postulare, quod uno verbo exposcere dicitur. Inquit ergo: Exposcit vos Satanas, ut cribraret, id est, hac illac versaret, omnibusque modis agitareret, & excuteret, quomodo triticum solent, ut quod malum est separant. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Hic duo notantur, quod cum pro Petro tantum se rogasse dicat, specialiter pro eo tanquam

<sup>t</sup>Matth.  
26. e.

Mar. 14. C.

pro capite se orasse innuit. Cum autem ait: vt non deficiat fides tua: & certum sit Petrum peccasse, quando timore negauit, ex infirmitate, non incredulitate, ostendit contra Lutheranos, non per quodlibet peccatum mortale fidem desperdi. Rursum indicat Dei prouidentia id accidisse, vt aliquando conuersus, lapsusque proprij conscius, fratribus condolescere nosset peccantibus, & eos confirmare. At mentis suae conscius Petrus, plus nimio sibi confidit, afferens paratum se esse & cu Christo mori. Contra vero Christus speciem lapsus illi praedicit super tria negatione.

Et dixit eis: Quando misi vos sine fæculo & pera & calceamentis nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet fæcu'ñ, tollat, similiter & peram: & qui no habet, vñdat tunicā suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod

\* Isa. 53.d scriptum est, oportet impleri in me: + Et cum iniquis depunit: Mat. 26.c tatus est. Etenim ea que sunt de me, finē habet. At illi dixe Mar. 15.d rūt: Domine, ecce duo gladiū hīc. At ille dixit eis: Satis est.

Sacculus ad deserendam pecuniam, & pera ad alimenta, solitudinem significat victus, qua carere suos Christus voluit, emittens ad prædicandum, interim dum ipse viueret: quod Deo patri & sibi curæ satis essent. Quod ergo nunc ait: Cum emittebam vos prædicatum sine fæculo & pera & calceamentis, id est, nulla re necessaria instructos, nihil tamen vobis defuit, quod me præsentem haberetis, vestrique sollicitum. Quid enim vestri curram agente sponso deesse poterat. At post hac longè alias ratione viuendum vobis est, quos adeò sint auerstati penè omnes, vt non modò non victimum suppeditent, imò & velstram vitam petant. Vnde qui habet fæcum & peram, rollat: & qui non habet gladiū, vendat tunicam suā, & emat. Non quod re vera discipulis suis ista Christus præcipiat, vt licet bellare possint, sed figurata est locutio, vt innuat Christus à Deo in contrarium mutatum iri tempora, quod opus esset ad victimum illis pera & fæculo, & ad se tuendos non modò virga, qua etiam ante illis interdixerat, sed gladio etiam & armis. Apostoli vero putantes propter sui defensionem de gladijs dissiſe,

xisse, dicunt: Domine, ecce duo gladij hic. Christus autem tanquam ignarus reprehendere nolens, ut inquit Theophila, contentus fuit dixisse: Satis est. Quod autem ait: Dico enim vobis, &c. sensus est: Non modò enim vos afflictiones manent, sed me quoq; ducem verum: quoniam adhuc prophetiam Isaiae de me impleri oportet, quam ait: Et cum iniquis deputatus est. Quod Christo accidit in medio latroñum crucifixo.

¶ Et egressus ibat secundum consuetudinem in monte Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis, quantus iactus est lapidis. Et positis genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem istu à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

<sup>†Ioā. 15.2.</sup>  
Mar. 14.4

Sicut supra in fine 21. cap. C H R I S T Y s nocte extiens templum morabatur in monte Oliueti, ita secundum hanc consuetudinem egressus est illuc, ut ibidem oraret. Cuius talis oratio fuit: Pater, si vis, potes à me mortis calicem transferre, ne bibam illum; veruntamen voluntas mea, quam humana refugit natura, non potius quam tua fiat. q.d. Si fieri potest, ut gentes sine Iudeorum damnatione credant, precor aufer à me passionem: sin minus, illi exceccandi sunt, propter quos specialius missus sum, ut gentes clare videant, & credant, non resculo laborem. Nō mea igitur, sed tua fiat voluntas. Passus est ergo prius uolēte seniū humano, sed volens, quia per mortem suam patris voluntatem adimplere volebat, & proximi salutem, quem diligebat, fieri cupiebat.

Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortans eum. Et factus in agone, prolixius orabat. ¶ Et factus est sudor eius si- <sup>†De cele</sup>  
cut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexis- bra. misla.  
set ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos In quadā.  
dormientes p̄ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? surgite,  
orate ne intretis in temptationem.

Lucas præter ceteros meminit apparuisse illi inter orandum angelum, qui eum confortaret. Non poterat enim, quatenus homo, non esse in summa tristitia, & angustia. At nostra magis quam sua causa apparuit illi

illi angelus, ne in summis angustijs & periculis animis  
desponderemus, certi non detore nobis, siquidē pīe vi-  
uere perseueramus, expe&tantes & postulantes. Cætera  
Matth. 26. latius patent.

- ¶ Matth. † Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas,  
26.d. unus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquauit le-  
Mar. 14.d su, ut oscularetur eum. † Iesus autem dixit illi: Iuda, oscu-  
Ioan. 18.a lo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum  
† Matth. erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percu-  
26.d. timus in gladio? † Et percusit unus ex illis seruum princi-  
Mar. 14.d pi sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.  
Ioan. 18.b Respondens autem Iesus, ait: Sinite usque huc.  
¶ 24.q.1. Et cum cap. teigisset auriculam eius, sanauit eum. Dicit autem Iesus  
Si Petrus. ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum, & ma-  
gistratus templi, & seniores: Quasi ad latrone existis cum  
† Matth. gladiis & fūtibus: cum quotidie vobisculū fuerim in tem-  
26.e. plo, non extendistis manus in me, sed hæc est hora veltra, &  
† Mar. potestas tenebrarum.  
24.c.

Non erubuit Euangelistas scribere Iudam vnuſ fuis-  
ſe ex primo choro discipulorum, ex duodeno videlicet  
numero, in Iudeæ confusione, qui à secretis effet magiſtri,  
quem tamen in manus inimicorū tradere nō eru-  
buit. Prætexens aut̄ quandam excusationem signo oscu-  
li, non verbis traditionis putabat aliquo pacto excusari.  
Iesus autem fugam non querens, quia venerat hora eius,  
obuiat illis, dicens: Ego sum. Quo verbo auditio, se-  
cundum Ioannem abierunt retrorsum, & ceciderunt in  
terram. Ex quo omnes Iudei successores eorum hoc ver-  
bum ex Euangeliō nostro audientes, Antichristum ex-  
pectantes, abeunt retrorsum in terram, & terrena, quæ  
amant, cadentes. Discipuli autem his excitati furoribus,  
Dominum defendere festinant, quibus Petrus ardētor  
amputauit auriculam serui pōtificis. Praeter Mattheūm  
addit Lucas, quod cū Petrus amputasset Malcho pon-  
tificis seruo auriculam, sanauit eum Iesus. In quo doce-  
mur exemplo Christi aduersus hostes etiam esse benefi-  
ci. Mihi in passione Christi, quoniā nostra tota est in-  
structio, non videtur ludendum esse allegorijs. Satis erit

si quæ nobis inde facienda aut imitanda sunt, aperuerimus. Quod autem dixit: Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum: idem est, ac si dicat: Quod hactenus non me comprehendistis, haudquaquam benevolentiae vestrae fuit, sed quia nōdum tempus à patre præstitutum venerat: nunc autem cùm patri ita placitum sit, hæc est hora vestra, id est, opportunitas vobis tanciu quæsita, & potestas tenebrarū, quasi dicat: hactenus neq; Dei, neq; impulsoris vestri tenebroſi dæmonis in me quidquā potuisti: nunc verò permittente patre meo vobis ministris, agitis quod potuisti.

+Comprehendentes autem eum, duxerunt ad dominum principes sacerdotum. Petrus verò sequebatur à longe. + Accenso 26.f.  
autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Mar.14.f.  
Petrus in medio eorum. Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisse intuita, dixit: Et hoc cum illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non non illum. Et post puerum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo, non sum. Et interruſo falso quasi hora unius, alius quidam affirmabat, dicens:  
Verè & hic cum illo erat. Nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicas. Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. + Et conuersus Dominus respexit 26.g.  
Petrum. + Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut Mar.14.g.  
dixerat: Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amare. De peccati di. i. Petri  
Ioannes refert Iesum primò ad Annam ductum suis. Cōuerteri  
se, quod esset sacerdos Caiphæ: alij autem hoc tacuerunt, mini.  
cùm nihil mysterij memoria dignum illic actum fuerit. Porro.  
Has verò singuli persecuti sunt Petri negationes, varijs  
tamen locis, ut patet intuenti textus Euangelistarum. + Matth.  
Omnes tamen fatentur eum negasse in domo principis sacerdotum, non in sua, in prætorio Iudeorum, non Mar.14.g.  
in vico, non in monte, non in templo, sed ubi Christus  
tenebatur vincitus in atrio principis sacerdoti, non inter condicipulos, sed inter milites & sacerdoti ministros, Loan.18.d  
vbi plerunque Christus negari solet. Cetera Matth. 26.  
+ Et tiri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cedentes. Et Matth.  
velane-

velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Quia à multis propheta dicebatur, colaphis eum cædebant tanque falsum Prophetā. Inde Lucas præter Matthæum addit: velauerunt eum quasi celaturi quinam esset qui eum cæderet, & diuinationem percussoris ab eo exacturi. Nam si velatus non esset, non dicerent: Prophetiza, qui alioqui cædenter videret, super quorum corda adhuc velamen haec tenus remanet, ne & ipsi sua agnoscent scelera, qui ea C H R I S T O celare putabant. Ut quid etiam illum prophetizare volebant, quem prius prophetizantem non audiebant, & dictis signisque eius credere nolebant.

*Et ut factus est dies, conuenierunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & scribæ, & duxerunt illum in concilium*

*+ Matth. 26. g. suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, Mar. 14. g. non respondebitis mihi, neque diniittetis. Ex hoc autem erit Ioan. 18. c. filius hominis à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc defuderamus testimonium? Ipsi enim audiuiimus de ore eius.*

Visque ad finem capituli duorum conciliorum meminit Matthæus. Unius, quod noctu celebrarunt, cum superuenire falsi testes, & Christum pontifex rogauit, num Christus filius Dei esset? Alterius, quod mane celebrarunt, quo conuenit omnis senatus, de quo nunc meminit Lucas, repetens non pontificis modò, sed totius senatus autoritate rursum rogatum esse Dominum, num Christus esset ac Dei filius: ut scilicet iterata cōfessione coram ampliore senatu, blasphemiae reum illum peragerent, Cætera Matth. 26.